



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

46. An si creditor, & pater, vel mater debitoris sint in extrema necessitate, debtor possit subvenire illis relinquendo creditorem? Et an id possit facere, & debet cum uxore, & liberis, & etiam cum ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

magis inclinet parentes ad prouidendum de aumen-  
tis filii, ut in Belluis cernitur; at non ita ius naturæ  
rationabilis; plus enim natura rationabilis inclinat  
Filiis ad prouidendum parentibus, propter benefi-  
cium cotius esse, & vita, ab eis acceptum, quam pa-  
rentes ad prouidendum Filiis, cum nihil ab illis ac-  
cepint. Et ita docet D. Thomas, quodlibet 6. art. 14.  
Sylvestre verb. *Filius* quest. 22. ad finem, Azorius tom. 2.  
*Instit. Mor.* lib. 11. quest. 1. cap. 3. Toletus lib. 5. *Summa*,  
cap. 1. num. 3. Et ex Iurisperiti idem docent Meno-  
chius de *Presumpt.* lib. 3. quest. 29. num. 16. Surdus de  
aliment. tit. 1. quest. 17. Cardoso in *praxi indicandi*,  
verb. *Filius*, num. 40. & communiter omnes, & ideo  
parco allegationibus. Vide tameq; Rebellum præ  
omnibus doctissimè hac de re loquentem de obliga-  
*Iustitia*, part. 2. lib. 5. quest. 8. num. 8. Estque adeò vera  
Sup. hoc in *hanc doctrina*, ut ad extremam necessitatem redactis  
tom. 2. art. 10. filii, & parentibus teneantur Filij potius Patribus  
Ref. 12. §. succurrere, quam propriis filii. Ita docet Toletus  
modo ciratus, Sylvestre verb. *Filius* §. 26. Azorius item  
allegatus, quest. 16. & Schola Thomistarum post. D.  
Thomam in 2. quest. 26. art. 8. ad 3. secus extra necel-  
litatatem extreamam: nam tune potius filii quam pa-  
rentibus succurrentum est. Aliqui contrarium putant,  
vt Angelus verb. *Filius*, num. 24. & alij Iurisperiti.  
Dicunt enim in extrema necessitate succurrentum  
potius esse filii, quam parentibus, quod est proba-  
bile; id autem quod dicimus probabilius, nam filii  
totum suum esse & vitam, & quicquid habent, à pa-  
rentibus habent, parentes autem nihil à filiis præter  
iacula, spinas, & curas, quibus maximè anguntur, sac-  
culantur, vt eis vita remedium querant, iuxta  
dictum Iacob. Genes. 49. *Ruben primogenitus meus, prinzipium doloris mei*, vbi principium doloris sui  
cum appellat, quia cum primus illius filius esset,  
primò coepit parentem curis stimulare circa vitæ  
illius remedium querendum. Ex quibus omnibus  
satis remanet firmata Caltri sententia aduersus supra-  
citatos Iurisperitos.

3. Vnde ad maiorem confirmationem supradictorum  
apponam hic verba Iohannis Machadi de *Persecutione Confessorum*, tom. 2. lib. 6. par. 7. docum. 8. n. 1. sic afferuntis: [Aunque los Doctores interpretes del Derecho en-  
señan a cada paso por regla general, que la obligación  
que el hijo tiene de alimentar a sus Padres po-  
bres, nace de derecho de las gentes, y positivo. Los  
Theologos comunmente sienten; que esta obligación  
provienet tambien de Derecho natura; y aun quieren  
que esta sea mas estrecha, y fuerte que en el Padre;  
porque del recibir el bijo todo el ser que goya, y no al  
contrario.] Ita ille, & ego. Sed audiamus etiam præter  
Doctores citatos verba Ioseph Rocaful. in *Praxe Theol. moral.* tom. 2. p. art. 3. lib. 1. de *Præcepto honorandis parentes*, cap. 4. num. 15. vbi ita afferit: An supposito,  
quod filii teneantur subvenire Parentibus, qui in ex-  
trema necessitate sunt, debeat potius subvenire  
ipsis Parentibus, quam suis filiis: v. g. est Petrus,  
cuius Pater habet extreamam necessitatem, itavit fame  
pereat, & habet simul filium, in eadem necessitate;  
quod quærimus est, si non potest duobus subvenire;  
qui potius teneatur subvenire. Due sunt sententiae,  
vera est potius esse Patrem, quam filium subvenien-  
dum, quam tenet D. Thomas, & alij. Et ratio est;  
quia filius plus debet patri, quam Filio suo: nam  
a patre habet quicquid habet, & non contra patrem  
a filio. Hæc ille cui addit Trullench in *Decalogum*,  
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 6. num. 21. & Castrum Palaum,  
tom. 1. tract. 6. d. sp. 1. num. 13. qui recte obseruat,  
quod beneficium à Patre acceptum est omnium maxi-  
mum, siquidem ex illo habes esse. Ergo sicut Deus  
omnibus præferendus est, quia tibi contulit esse, ita

suo modo tuus pater omnibus præferri debet; tum  
quia occisio patris, aut illius maledictio grauius pec-  
catum est; quam occisio, & maledictio filii, ut con-  
stat Exod. 12. & Leuit. 20. Ergo auxilium pro con-  
seruanda illorum vita magis est debitum. Fatoe te-  
men appetitum sèpè inclinare magis ad amorem fi-  
liorum, quam parentum; caue de causa facilis  
patrem amare filium, quam è contra; non tamen  
inde infertur Patrem non esse præfandom, cum  
charitas, & inclinatio rationalis naturæ ad patrem  
potius, quam ad illum propendat. Non valet itaque  
argumentum deductum ex amore Patris erga Filium;  
nam licet Pater magis diligat Filium, quam Filius  
Patrem, tamen hoc non obstante, si quis haberet  
Patrem & Filium in extrema necessitate tenuerit  
magis succurrere Patri quam Filio, ut visum est,  
& docent communiter Doctores: ergo necessitatem  
sequitur idem dicendum esse, quod si quis Pauper  
haberet Patrem, & Filium diutius, alimenta potius  
à Filio diutius, quam à Patre diutius perenda, &  
daberga esse; quia ex D. Thoma, & aliis, plus  
debet, & potius obligatur Filius Patri, quam Pater  
filio; nam vt ait Suarez. de *Charitate*, diff. 9. sed. 4.  
numer. 15. ius paternum est summum in humanis  
iuribus.

4. Verum his non obstantibus, sententiam dictio-  
rum Iurisperitorum non audeo improbari, & pre-  
ter adductos à Prato viro eruditissimo hanc senten-  
tiam nouissimè tenuit Antonius Leoncius, de *Privil. Pauperum*, par. 2. priu. 16. n. 13. qui citat Bat-  
tolum; & Surdum: Vnde si Cynus ad lib. 5. Codicis,  
tit. 21. Rubr. 2. 51. de alien. liber. à parent. leg. Parentum,  
num. 5. vers. Quarto quo. Si inquam Cynus dubius  
remansit in Resolutione huius questionis, iudicium  
meum non proferam; sed docet Viti iudicent, &  
perpendant an argumenta superius adducta contra  
supradictos Iurisperitos procedere debeat in calu  
extremæ necessitatis, non autem si necessitas, si in facta  
extremam de qua videntur loqui Pratus & alij Iuris-  
consulti; Vnde posset aliquis dicere quod si dispa-  
ratio inter vitrumque casum; ex his que sumat An-  
tonius Fern. in *Examine Theolog. moral.* par. 1. cap. 5.  
§. 9. num. 2. Ideo tu cogita.

## RESOL. XLVI.

*An si creditor, & pater, vel mater debitorum sint in ex-  
trema necessitate, debitor possit subvenire illus, reli-  
quendo creditore?*  
Et an id possit facere, & debeat cum uxore, & liberis,  
& etiam cum fratre? Ex p. 3. tr. 8. Ref. 12.

§. 1. Negatiuē responderit Azorius tom. 2. lib. 13. cap. 8. quest. 6. vbi sic ait: Sed quid si cre-  
ditor & pater vel mater debitorum in extrema simili  
necessitate deuenient, debitorne poterit licet sub-  
venire patri, vel matri, prætermisso creditore? Hæc Ref.  
quæstio apud Autiores primæ sententiæ locum non  
habet, quia secundum illos debitor etiam in extrema  
lapsus necessitatibus sibi tuta conscientia negari re-  
cipere, multò minus poterit sibi habere ad subleuandum  
patri, vel matris necessitatem: at vero apud Auto-  
res secundæ sententiæ propositæ questioni locus est,  
& Tabiensis & Ledelma censent non esse creditore  
reddendum. Siquidem ait vitrumque esse probabile, sed vi-  
deretur meo iudicio probabilius primum, tum quia res  
antea creditori debetur tamquam ab eo accepta, &  
solùm facta est communis debitori in extrema ne-  
cessitate redacto, non autem parentibus eius. Quia si  
creditor & filius debitoris, vel vox simul in extre-

mam necessitatem inciderint? Sotus ait etiam probabile esse, posse debitorem sibi, vel vxori succurrere, poteritio creditore. Sed verius creditu est creditorum tunc esse præferendum, ex quo etiam intelligitur cum esse anteponendum fratri debitoris vna cum creditore extremum vita periculum adeunti, quod etiam Sotus concedit.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo. Dico igitur debitorum debere prius subvenire patri, & mari extremitate laboranti, quam creditori, inde idem potest facere, & debet cum uxore & liberis: addet enim & cum fratre, quia non teneat res in tali casu abdicare cum detrimento vita meorum, & ita docet Sylvestris in 2.2. qnaq. 3. art. 3. Hurtadus de Mendoza in 2.2. disf. 159. sect. 3. §. 69. & Lessius lib. cap. 16. dub. 1. numero 14. Toletus lib. 5. cap. 24. cum Castro Palao tom. 1. tractat. 6. disf. 2. punct. 11. num. 4. quamvis Vazquez opuscul. de eleemos. cap. 1. dub. 6. num. 74. negat quodam fratrem, cui creditorem patet esse præferendum, sed nostra sententia est probabilis.

### RESOL. XLVII.

An quando debitor, & creditor sunt in extrema necessitate, debitor teneatur solvere creditori, quod debet?

Idem est dicendum de deposito, & mutuo?

Et notatur, quod cum quis ex extrema necessitate pressus abfutu rem alienam Dominu, in extreman quoque necessitatem redacto, eam debere Domino restituere. Ex p. 11. 8. Ref. 11.

§. 1. Prima sententia affirmat. Ita Scotus in 4. diſt. 15. quaſt. 2. art. 4. Richardus art. 5. q. 4. Gabriel q. 2. art. 2. conclus. 2. Medina de refit. quaſt. 3. in caſu 4. ad 4. Angelus ver. restitutio. num. 3. Rofella eodem ver. n. 1. Sylvestris eodem ver. 5. quaſt. 2. Armilla num. 27. & alij. quia melior est eius conditio, nam res illa sua est, & in his, quæ propria sunt, plor. iuriſ habet Dominus, quām alter, penes quem res inueniunt, & necessitas æqualis est, in qua cūm omnia ſint communia, ille præferendum est, qui præoccupavit, præcupasse autem videtur, qui verus est Dominus: ergo, &c.

2. Secunda sententia negat. Ita Palud. in 4. diſt. 15. quaſt. 2. art. 4. conclus. 1. Sotus de Iust. lib. 4. quaſt. 7. art. 1. ad 4. Catecan. in 2.2. quaſt. 6. 2. art. 5. ad 4. Lessius lib. 2. 1. 6. dub. 1. m. 3. Vazquez opuscul. de eleemos. cap. 1. n. 72. Hurtadus in 2.2. diſt. 82. dub. 9. Hurtad. in 2.2. diſt. 159. f. 3. §. 69. & alij.

3. Tertia opinio distinguit, & ita ait Lorca in 2.2. f. 3. diſt. 3. d. n. 1. aut res quæ restituiri debet, manet in specie, in quo caſu dominium eius ſemper est prioris domini, & non eius, qui derinet, & in hoc caſu verius apparet restituendam eſſe creditori propter fundamen tum prioris sententiae, nam violenter est apud alium, & in vero dominio ſemper perfeuerat ius præcupacionis, & idem cenſendum eſt de deposito & mutuo; aut res non perfeuerat in specie, ſed confusa eſt cum bonis debitoris, ut contingit in vſuris, & aliis caſibus, in quibus dominium eſt penes debitorem, & non penes creditorem, quamvis cum debito & obligatione restituendi, & tunc ſi extreme indigeat debitor, porreſt ſibi ipſi ſuccurrere, quoniam creditori non ſuffragatur præcupatio, & ab obligatione restituendi excusat debitor propter urgentem necessitatem, quæ ex bonis, quæ habet, ponit ſibi, quam creditori ſubvenire tenetur.

4. Quid ego ſentiam dicam breuiter, omnes istae tres ſententiae ſunt probabiles, ſecunda cum Azorio tomo 2. lib. 12. cap. 8. quaſt. 6. mihi videtur probabi-

Tom. I V.

lior, quia in extrema necessitate potiores pattes ſunt debitoris, quam creditoris, tum quia poſſider, & major eſt conditionis poſſidentis, tum quia in tali necessitate omnia ſunt quoad vſum ſpectat, communia, &c. obflat quod ea res fuerat à creditori accepta, ac proinde illi altoqui debita, nam debebatur quodam, ſed extrema adueniente necessitate facta eſt vbi communis; ergo potest debitor ea vbi ad tuendam vitam ſuam.

5. Notandum eſt rāmen, quod cum qui extrema necessitate preſſos abſulerit rem alienam domino in extreman quoque inopian redacto, meo iudicio tunc ſententia Scotti videtur vera, cum debere domino reſtituere, quia ſicq; fuſt eſt in auſterendo, ſic etiam fuſt eſt in retinendo, eſt enim violentus non legitimus rei poſſessor. Ita Azotius, Lorca, & alij.

### RESOL. XLVIII.

An debitor in extrema necessitate teneatur reſtituere, ſi creditor ſit etiam in extrema necessitate?

Et quid, ſi Parvus, consanguinei, & amici debitoris in extrema necessitate ſint conſtituti?

Et notatur ob grauen necessitatem debitoris poſſe diſſerri reſtituionem, quamdiu neceſſitas dura. Ex par. 11. t. 2. & Mife. 2. Ref. 32.

§. 1. **H**anc resolutionem coactus sum componere. Sup. hoc in Ref. præterita, & in alio §. ciuiſ not. Hoc occatione cuiusdam Scottiæ, qui suis diebus sequens ſuum Magistrum. Scotum in 4. diſt. 15. qu. 2. mordicus in caſu occurrenti affirmatiuam ſententia tuebatur, quam ex Thomistis ſuſtinet etiam Sylvestris. ver. ref. 5. q. 2. Richardus in 2.2. diſt. 1. art. 5. q. 4. ad 5. Gabriel q. 2. art. 2. conclus. 2. & nouissime Philippus Faber in 4. diſt. 15. q. 2. diſp. 50. cap. 3. m. 227. omnino vi- dendum. Ratio eſt: nam ille non poſſider iuſtè aliquam rem, cuius dominium ſemper fuſt, & manet apud alterum, ſed ſic eſt quod dominium plenum rei alienæ in caſu noſtro ſemper fuſt & manet apud dominum, à quo inuitio res eſt ablatâ, neque per vſum inſtant illud ab ſe abdicauit, nec abdicat: ergo detinens, ſemper & pro quo cumque inſtant illam rem iniuſtè detinet: ergo ſemper & in quo cumque inſtant tene- tur ad reſtituionem, etiam in illo inſtant vltimo, quo illam conſumit pro vita ſua conſeruanda. Maior eſt evidens: quia eiudem rei ſimil & ſemel non poſſunt eſſe duo domini totales & abſoluti Dominus eiudem panis, & ſimil & ſemel Mævius, quia implicat contradictionem. Minor autem probatur: quia creditor antequam deueniat ad extreman neceſſitatem iam habebat iuſtum dominium ſuper rem illam; detinens autem nullam, ſed iniuſtē illam rem poſſidebat. In caſu autem quo ambo deueniunt in extreman neceſſitatem, detinens iure naturæ non poſſet acquirere ius in illam rem: quia in eodem inſtant iure naturæ creditor dominium illius rei retinet: creditor enim potitur eodem iure naturæ, quo debitor in illo caſu, & inſtant: & ſic quantum ad ius naturæ ſunt æquales. At præter ius naturæ quo ſunt æquales pro illo inſtant, quo cadunt in extreman neceſſitatem, & quo ſunt æquales, creditor habet prælatio- nem ratione iuris gentium, & dominij prioris quod habebat, & per euentum extreman neceſſitatis illud non amiſit, ſed acquirit ex iure naturæ, ſicut acquireret detinens, niſi ipſe creditor iam illud præhaberet: ergo nulla ratio ſuaderet, quod creditor ab illo iure ca- dere debeat, & detinens debeat ius naturæ in illam re- acquiri: quia iam de iure naturæ ſunt æquales, & deinde creditor ſuperat debitorum ratione prioris do- minij, & proinde non debeat eſſi deteriorioris conditionis.

C c

quām